UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XXI. Markgraf Ludwig bekundet, daß die Stadt Schönfließ für ihn, seinen Bruder Ludwig und seinen Schwager König Woldemar von Dänemark Pfandschulden getilgt habe, für deren Verzinsung er einen Theil ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

redibus noſtris fidelius exhibendorum conſideracione, appropriavimus et appropriare decrevimus molendinum aquaticum, in foſſatis foras civitatem noſtram pretactam ſitum, cum ſuis juribus, commodis, graciis, honoribus, nec non cum ſingulis et univerſis ſuis pertinenciis, eidem molendino ex debito vel ex jure pertinentibus, nobis in eodem molendino competentibus premiſſis conſulibus et civitati noſtre pretacte perpetuis temporibus ſine inquietacione qualibet quiete et pacifice pertinendum. Renunctiantes etc. In cujus etc. teſtes Schwartzburch, Lochn, Henricus de Vchtenhagen, Haſſo junior de Wedel, Oſth, Johannes de Wedel cum ceteris. Datum in Gartz, Anno MCCCXLIX, feria II poſt Nicolai.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 125.

XXI. Markgraf Ludwig bekundet, daß die Stadt Schönfließ für ihn, seinen Bruder Ludwig und seinen Schwager König Woldemar von Dänemark Pfandschulden getilgt habe, für deren Verzinsung er einen Theil der Urbede bis zur Rückzahlung der Stadt erläßt, am 9. Dezember 1349.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. obligamur et tenemur diſcretis viris conſulibus ciuitatis Schowenflit, fidelibus noſtris dilectis, in C et XXVIII libris et IIII ſolidis denariorum brandenburgenſium, pro quibus domini woldemari, regis danorum, Swageri noſtri kariſſimi, Ludovici Romani, fratris noſtri dilecti, et noſtra pignora nuper exſoluerunt; in quorum reſuſionem ipſis in VIII marcis argenti brandenburgenſis penſionis ſue annue condeſcendimus et condeſcendere decreuimus per preſentes, ſic quod ſingulis annis ipſos de eiſdem ſupportatos habere volumus, quouſque ipſis in pretactis talentis denariorum per nos ac heredes noſtros integraliter ſatiſfactum fuerit. In cuius etc. Datum in Gartz, Anno XLIX, feria IIII poſt feſtum Nicolai.

Aus einer v. Hackwitz'schen Abschrift.

XXII. Markgraf Ludwig verleiht Nonnen in Zehden und der Familie Mörner eine Hebung aus dem Hufenzinse zu Schönfließ, am 1. November 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. religioſis deo dicatis perſonis Zacharie, Kunegunde et Katarine, filiabus Laurencii Groten, fidelis noſtri, devotis nobis dilectis ſanctimonialibus in Czeden, caminenſis dioceſis, contulimus et preſentibus conferimus ſtrenuis viris Hinrico, Ottoni, Reinekino, fratribus, dictis morner, nec non Tiloni, ipſorum patruo, fidelibus noſtris dilectis, et eorum heredibus devolucionem ſex talentorum denariorum Brandenburgen-